



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXV. de Beneficiis vacaturis promotionem ad Ecclesias & monasteria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

hocque pretium adstruit pondus ipsum aureorum, qui hodie existant duarum
aurei Drachmarum, id est duorum nostrorum aureorum: illud pretium man-
sit usque ad tempora ferè Constantini, Imp. cuius ævo Principes, qui ei suc-
cesserunt, valorem aurei imminuerunt, sic quod 72. aurei in libram caderentur,
& sex unciam redderent, erantq; aurei singuli scrupulorum quaternorum, ut
constat ex l. i. c. Theod. de Pond. & auri illat. qua de re latius scribo in 17. tit. de Re Num-
maria c. 10.

ARGUMENTA IN REG. XXIV. INNO CENT. VIII.
PAULI V. REG. XXV.

Ratio constitutionis hujus Regu-
lar.
Beneficia eorum qui promoti sunt ad
Episcopatum, vacant in Curia.
Papa promovendo aliquem ad regi-
men Ecclesiarum, reservat suæ dispo-
sitioni ipsius beneficia, ut & pensio-
nes, ut n. 13.
Papa censetur derogare huic reg. per
clausulas motus proprii, & ex certa
scientia.
Papa per verba derogatoria non
potest regem imponere, sed non suc-
cessori.
Clausula motus proprii, & cum dero-
gatione &c. censentur repetita in se-
cunda parte hujus regulæ.
An ignorantia ejus qui nescivit se pro-
moven- dum, excuset ipsum sic ut sub-
stat renunciatio.
Quia legis, ratio legis.
Princeps plerumq; non concedenda
concedit, videtur importunitate pre-
cavum.
Hac reg. inventa est ut vitetur om-
nis occasio ambitionis.
Hæc favorabilis est & extendenda.
Prima regulæ pars videtur superflua

13. In hæc reg. Ecclesia Cathedralis sunt
comprehensa.
14. An etiam extendatur ad alias Eccle-
sias inferiores.
15. An reg. hæc procedat in beneficiis e-
orum, qui promoventur ad Episcopa-
tus in partibus infidelium: & quid in
pensionibus.
16. An priora beneficia vacant
si promotus non sit assecutus
pen- sionem.
17. Pensiones etiam vacant per promo-
tionem.
18. Per promotionem ad Cardinalatum
vacant beneficia ut & ad Pontificatū.
An per promotionem ad Cardinalatū
sic vacant Episcopatus ut Regalia sint
aperta? & quid si Papa dispensaverit
ut retineret utrumq; ibid.
19. Hæc reg. comprehendit dignitates
electivas, non obstantibus Concor-
dati Germaniæ.
20. Papa non censetur voluisse novas in-
ducere reservationes in præjudicium
Concordatorum, nisi de iis expressam
mentionem fecerit.
21. Reservationes inductæ per Regulas
non comprehendunt beneficia Ger-
maniæ



- maniam.
 22. Hæc reg. favorabilis est.
 23. Exceptio debet esse de regula.
 24. Distio adversativa vero inducit repetitionem omnium qualitarum in præcedenti dispositione.
 25. An hodierno jure ut assumendi disponant de suis beneficiis necessaria sit

- derogatio hujus regula.
 26. Promoti beneficia quando vacent dicantur.
 27. Quid de Episcopatibus vacantibus.
 28. An beneficia promoti qui dispositus est ut illa retineat, eo in partem moriente, sint relictæ.

REGVLA XXIV. INNOCENTII VIII.

Qua est PAULI V. XXV.

DE BENEFICIIS VACATURIS PER PROMOTIONEM
AD ECCLESIAS ET MONASTERIA.

Item præfatus D. N. Papæ voluit, decrevit, & ordinavit, quod quæcumque concessiones, gratiæ & mandata etiam motu proprio, & cum derogatione hujus constitutionis, quæ ab eo pro quibusvis beneficiis vacaturis per promotionem quæcumque in Ecclesiarum & Monasteriorum terminis, si hujusmodi concessiones & mandata etiam promotionis promissorum ipsorum præcesserint, necnon quæcumque collationes, & provisiones pro tempore faciendæ de præmissis ac quibusvis aliis beneficiis Ecclesiasticis, secularibus ac regularibus, quæ per promovendum vel per assumendum ad quascumque prælaturas inter illarum vacationes, & hujusmodi promotionis vel assumptionis tempora, simpliciter, vel causa permutacionis, ubicumque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis, pro tempore sint cassæ, & irritæ, nulliusque roboris vel momenti.

GLOS.

proprio, & cum derogatione huiusmodi constitutionis *Erc.* Et quia videtur quod
 Papa imponit sibi ipsi legem: & quod etiam si appareret bulla concessa motu proprio, & non
 derogatione istius Constit. quod non deberemus obedire: sed hoc est contra Dispositionem
 communis: quia per quamcumque potestatem Papa daret alicui, vel quacumque verba daret
 in privilegiis & Constitutionibus, nihilominus majorem potestatem retinet penes se ad
 illud cassandum, c. dudum & c. quamvis lo. ii. de præb. lib. 6. Ergo sequitur
 si Papa diceret in bulla provisionis quod motu proprio & ex certa scientia hoc facit, quod
 præse derogat huic Constit. quod valeret ista derogatio per d. capit. & per leg. si quis in
 princip. ff. de leg. iii. & illud dicit Bald. in præludis Feudorum in xiii. col. de
 in capite ii qui Feudum dare possunt col. x. qui dicit quod Papa per verba derogatio
 potest sibi imponere legem, sed non successoribus: & alleg. Jo. an. Alona. in c. i. de contin.
 lib. 6. Sed est una truffa. Ac mirandum est de tanto Doctore, qui similia verba dicit per
 prædicta jura. Ideo crederem, quod si Papa veller derogare istis Constit. faciendo expressam
 mentionem, quod posset, & sufficiant dicta Doctor. in c. i. de excess. prælud. lib. vi.
 & in dicto lib. si quis in princip. de leg. iii. & per Bal. in c. naturales si de Feud.
 fuerit contro. in iii. col. & in c. i. §. libellarius de pa. Constan. & in l. i. Colo.
 ce de naturalibus lib. ubi bona gloss. & per Canonistas aliquos modernos in c.
 nonnulli de rescript. Verum tamen esset quod in hoc debet expectari secunda visio, scilicet
 Ordinarius arg. c. si quando de rescript. sed si Ordinarius vellent, non tenetur per
 dicta: & ita credo sententiarum Rotari.

Item arbitror quod ista Clausula motus proprii & cum derogatione & c. debet
 intelligi in secundo responso huius Constit. quia sub uno Constructo ponitur tota ista dispo-
 sitio: ergo pari formiter debet intelligi juxta Doctrinam Bartholi in lege talis scriptura
 ff. de lege i. & in lege prætor ait §. eritque differentia ff. vi bon. rapt. & in
 non debemus separare caudam à capite; alia esset absurdus intellectus glossa est not. in
 capit. consuetudinis x. distinctio. qua alleg. capit. majores de bap. & ibidem
 Doctor. sed omnis nominatus hic positus regitur infra ibi sunt cassa & irrita ergo, &
 per prædicta.

Item alias sui interrogatus in Curia, si unius verisimiliter nesciebat se promovendum, &
 interim renunciaverat aliquod beneficium in favorem sui familiaris vel amici, an valet ista
 renunciatio? & dixi me credere quod sic, etiamsi postea in brevi promoveretur: & ratio
 est: quia iste non facit in fraudem legis, ergo *Erc.* nam anima legum, est ratio leges,
 leg. cum ratio ff. de honor. damnat. & sufficit ita scriptum esse: & ita debet
 servari, leg. prospexit §. qui & à quibus & cap. in memoria xix. distinctio. &
 ep. superius dixi illa l. carere spiritu, ut dicit Bal. in leg. si quis servus. Cod. de
 iur.

hanc & sic credo fuisse, ut intellexi sententiatum in Rota, maxime quia ex multis qua nor-
is leg. si servus plurium, ff. de lege prima & ex aliis relatis per Baldum in
capite primo, §. & quia vidimus, qui Feud. da. pos. in VI. col. potest colligi
intento statuentis, etiam si non exprimat: qua omisso causa brevitate, hac sufficiens
per unum.

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

Propter importunitatem) Quod Principes propter importunitatem & invere-
cundam petentium inhiationem non concedenda plerumq; concedant,
tenus est in l. 1. C. de Petie. bon. sublat. lib. 10. atque hæc importuna petitio si fiat
super beneficiis Ecclesiasticis, nullum jus privatis tribuit, immo ab Ecclesia
sua communione pellendi sunt d. c. 1. & cap. cum qui 7. quest. 1. cap. Ordinationes
in quest. 1. Cap. 1. & 2. de Concess. præben. si super muneribus, & honoribus civi-
lior dicitur etiam ambitiosa importunitas & reprobata Cap. fin. de Rescript. in 6.
Ambitiosa Decreta ff. de Decret. ab ord. faciend. Ideo per hanc Regulam Pontifi-
camentis tollere studuerunt vitium ambitionis quod obrepere solebat tum
maxime cum quidam erant promovendi ad aliquas Prælaturas: quod & Gal-
licæ Reges suis legibus cavisse legimus inter quas existat Caroli VII. arti. 85. tit.
Concedendis beneficiis & eff. ante illorum vacationem. Per primam igitur hu-
jus Regulæ partem Papa voluit tollere omnem modum concessionis gratiarum
super beneficiis per promotionem vacaturis: per secundam autem quæ incipit
non quæcumq; &c. voluit præservare liberam collationem beneficiorum
quæ per promotionem sunt vacatura: nam plerique omnes promovendi resig-
nabant, & nihil per eorum promotionem vacabat, & sic eludebatur Papæ
servatio de beneficio vacante per promotionem. Ex quo videmus quod
Regula hæc sit favorabilis & amplianda, ut quæ occurrat ambitioni & fraudi-
bus eoque extendenda, notatque Felii in Cap. de quarta num. 15. in fin. de præscrip-
tione quoad utramque partem, quia utrobique fraus intervenire poterat.
Notandum tamen primam Regulæ partem, quæ respicit provisiones ab ipso
Papamandas, videri hodie superfluum, ex quo per Consilium Tridentin.
Cap. 19. de Reformat. sess. 24. prohibentur expectatiæ, & quæcumque gratiæ ad
vacatura.

Quod potest fieri) Ostendi in tract. de permut. benef. part. 3. Cap. 1. ejulmo-
dum vacationem fraudem sapere, & secundum quosdam nullam esse.

Ad Ecclesiam Cathedralē) Non refert ergo quod hæc Regula non exprimat
 Ecclesias Cathedrales, seu Episcopales: quia & subiecta materia quæ est in
 C promotionibus ad Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, & ex communi
 usu loquendi & stylo Roman. curiæ satis elicitur hic agi de promovendis ad E-
 piscopatus & Abbatias, ut notat quoque Mandosius *questione 3.* quæ
questione 6. videtur etiam hanc Regulam extendere ad alias inferiores Juris-
 dictionem Ordinariam habentes, quales sunt Archidiaconi, Decani, Pæpores,
 et similes, quæ interpretatio fundatur in verbis secundæ partis Regulæ
ad quascumq; prælaturas. Illi enim omnes (etsi improprie) Prælati dicuntur,
 sed hæc opinio tuta non mihi videtur, propterea quod de iis Prælatis vici-
 tur loqui, de quibus in prima parte Regulæ, sed vide *Mand. d. quest. 1. & quest.*
4. ubi quoque subijcit contra aliter sentientes Regulam hanc non procedere in
 beneficiis eorum, qui promoventur ad Episcopatus in partibus infideliter
 istentes, sed ad eos, qui actu vel habitu, curam habent animarum, & ordina-
 riam Jurisdictionem. Nota tamen beneficia priora translata non vacare, si cum
 eo sit à Pontifice dispensatum *Flam. Paris. tract. de Resig. lib. 3. quest. 1. num. 1.*
 vel eo cessante, si is non sit assecutus possessionem pacificam secundæ Prælaturæ
 quamquam aliud dicendum sit in majoribus dignitatibus, ut in Episcopatu,
 quia etiam sine adeptione possessionis secundæ Episcopatus per simplicem
 translationem vacare dicitur, ut not. *Mascard. de probat. Conclus. 183.* Præterea
 de Reg. nostra non procedit in Commendis, ut tenuit *Rota decis. 794. p. 1. num.*
 ut nec in permutationibus majorum dignitatum, ut Episcopatum *Pat. d. 327.*
Anast. Germonius tract. de Indult. Cardin. §. Si verò illa num. 36. Sed nec do-
 gula ista procedit in Francia, si promovendus coram Ordinario resignat be-
 neficia ante promotionem; quia licet per hanc regulam sibi Papa reservet
 modi beneficiorum collationem, quæ per promotionem vacat, tamen non
 omnes regulæ sapientes reservationem exulant à Galliis, hinc etiam sic, ut in
 Regulæ non sit locus. Denique nota, & adverte quod sicut vacant beneficia
 per promotionem, ita etiam pensiones *Gigas de Pensio. quest. 56 & conclusio*
num. 8. Hiero. Gabriel Consil. 200. lib. 2. qui ait ita semper observatum fuisse, & in
lum inveteratum ita se habere, qui facit jus Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 3. & lib. 3.
g. 2. num. 121 Nicol. Garcia tract. de benef. part. 7. cap. 4. ubi quoque num. 76. per
 Constitutionem Gregorii xiv. quoad formam faciendi processus inquit
 nis ex præscripto Concilii Trident. super promovendis ad Ecclesias Cathedra-
 les. Nec omitendum etiam per Constit. hujus Reg. vacare beneficia eorum,
 qui ad Cardinalatum promovus est, *Collect. in cap. fin. col. 1. de consensu præsent.*
Flam. Paris. lib. 3. de Resig. quest. 1. num. 76. vel etiam si Episcopus hostis effug-
 tur & Rebells Regis, & regni inimicus, in quibus jus Regalium datur Regi,
 quo casu vacat & Episcopatus, *Rebuff. in tract. Nominat. questio. 15. num. 10.*

Item quando. Sed an per promotionem ad Cardinalatum vacet Episcopatus, & sic an Regalia sint aperta? Hanc quaestionem pro affirmativa inveniunt Galli apud Agidium le Maistre primum Praesidem amplissimi Ordinis Parisien, 17. *Regalia cap. 7.* Et quid si Papa dispensaverit ut retineret utrumque? consule eundem pro apertura Regalia decretantem; videaturque etiam Ruzæus *tract. Jur. Regal. 13. privileg.* Denique, vacant beneficia per electionem ad summum Pontificatum, ut in specie consuluit Gabriel *consil. 200.* quando Angelus Joannes Medicus in Pontificem maximum fuit assumptus, & pius IV. dictus quod evenisse etiam scribit Colle. *disto loco* tempore Clementis VI. id quod ex Morefret Anast. Germon. *tract. de Indult. Cardinal. §. Si vero illa numero 31. & sequentibus.*

Item in quantum hic subjicitur quod vacent beneficia promoti ad Monasterium regimina, intellige nisi dispensatio illa retinendi obrineatur. Unde Prior N. promotus ad aliquod Monasterium, à quo Prioratus ipse dependet, potest etiam dispensatio, quod possit retinere dictum Prioratum, sicut prius; decernendum non vacare. Secus si ab alio Monasterio dependeret, quia tunc esset danda dispensatio, quod illum posset in commendam retinere. In administratore vero non datur dispensatio.

Concordatis Germania) Notabilis extat Rotæ decisio, hac de re apud Georg. Branden. super Concord. in una Paderborn. *præpositura coram R. P. D. Buis* anno 1588. Martii 9. In facto enim proponebatur d. Præposituram esse electionem, & primam dignitatem post Pontificalem in dicta Ecclesia. Vacante Ecclesia capitulum elegisse in Episcopum Dominum Theodoricum ejusdem Ecclesiae Præpositum, qui post electionem & ante obteatam confirmationem Sede Apostolica, dictam præposituram purè & liberè in manibus Capituli resignavit, quam resignationem admittens Capitulum elegit in Præpositum D. Melchiorum, hac electione non obstante, Papa illam contulit D. Gualtero, qui credebatur & contendebatur esse reservatam per hanc Reg. quæ annullat omnes resignationes, de quibuscumque beneficiis, per promovendos, vel assumendos quascumque prelaturas, inter tempus vacationis, & promotionis ad illas: fuit magna difficultas apud Dominos an d. nostra Regula comprehendere dignitates electivas, super quâ tunc non potuit capi resolutio: & nihilominus generus etiam comprehenderet, Domini sub die 9. Martii 1588. in i. promotione hujus causæ, coneluserunt d. præposituram non esse reservatam: quia in Concordatis (exceptis reservationibus in eis expressis) relinquatur libera facultas ordinariis conferendi, ut in §. *placet*, videbatur Dominis reservationem inductam per hanc reg. 24. non comprehendere beneficia Germaniæ, quorum collatio spectat ad Ordinarium, vigore Concordatorum: cum non censuerit Papa voluisse novas inducere reservationes in præjudicium Concordatorum,

rum, nisi de iis expressam & specialem fecerit mentionem iuxta text. in *Cap. de multiplici de Decimis glo. in Clem. 2. in verb. Pacta de sepul. Ancher. Conf. 20. & de reservationes inductæ per regulas, non comprehendunt beneficia Germaniæ, Cassad. Decis. 1. de pact. Cres. Decis. 55. lib. quemadmodum supra ostendi ad Reg. 11. post. num. 7. & proinde dicebant Domini dictam Præposituram vacantem non per promotionem, sed per resignationem Theodorici, qui potuit per promotionem resignare titulum beneficii *Oldra. Consil. 203. num. 1. text. in Cap. Commissa ubi D.D. de electio. in 3. Capell. Tholos. Decis. 472.* Verum, causa interea proposita die 30. Maji 1588. Domini recesserunt à dicta resolutione, & concesserunt d. præposituram esse reservatam Sedi Apostolicæ: tum quia Reg. hinc 24. quæ favorabilis est, utpote ad tollendas fraudes, comprehendit etiam beneficia electiva, tum quia d. Reg. venit declarativa ad reservationem extraxerunt ad Regimen, quæ reservatio est comprehensa Concordatis. Insuper cum præpositura sit prima dignitas, illa vigore Concordatorum est reservata Sedi, et si sit electiva: quia cum in Concordatis paulò ante §. de litterarum rō &c. facta sit mentio de electivis & postea subiiciatur de ceteris verò &c. intelligendum est de electivis, quia exceptio debet esse de Regula gloss. in *Bald. Reg. jur. in 6. Bart. in l. si cum ff. Si quis Cassa.* Denique quia accedit dictio verbi, quæ est adversaria, & inducit repetitionem omnium qualitatum expressarum in precedenti dispositione *Bald. in l. omnes populi num. 21. de Just. & Jur. Auct. leg. si filius à Patre num. 6. de lib. & posthu.* Cum igitur de reservatione in ipsa Concordatis versemur in casu claro, sequitur quod Capitulum non potuit sponere de hac Præpositura uti Sedi Apostolicæ reservata: proinde ita Domini concluderunt: Quæ decisio notanda est Capitulis Germaniæ, quæ plerumque eligunt Præpositum, vel Decanum in Episcopum, & ab eo recipiunt renunciationem Præposituræ, vel Decanatus & eligunt alium Præpositum, vel Decanum. Nam talis electio est nulla, & Decanatus aut Præpositura manet Reservata, & possessio electi est vitiosa, *Agid. decis. 498.* tum per hanc legem per Concordata Nationis Germ. ibi: *Rursus e Monasteria &c. Decanatus &c. etiamsi ad illa persona consueverint per electionem assumi, quæ promoti per nos seu antecessores nostros &c. obtinebant tempore promotionum.**

E Sed non Successori.) *Adæ Card. Tuichum præf. Conclus. eom 6. conclus. 56. num. 4.*

F Faciendo expressam mentionem.) Ita quoque sentit Abb. & Felii in *cap. Nonnulli de Rescript. Bart. in l. Nemine C. de Cano. frum. Urbis Rom. lib. 11. Corlet. in suis singular. in verb. Rescriptum*, sed Papa hodie non facile derogaret primæ parti hujus constitutionis, propter Concilium Trul. quod sustulit expectativas, & gratias ad vacatura, ut dictum est. Sed quoad secundam partem, Papa potest derogare huic Regulæ, in expeditionibus scilicet, resignationum ante promotionem.

promotionem factarum: licet multis placeat, non esse necessariam derogationem, quinimò regulam hanc jam exolevisse, ut multorum testimonia probat Flam. Paril. *tratt. de resig. benef. lib. 3. q. 6. n. 27. & seqq.* ubi tamen n. 32. scribit de hodierno Cancellariæ stylo necessariam esse regulæ derogationem, quod & probat Anast. Germonius *tratt. de Indult. Cardin. §. si verò illa n. 35.* ubi scribit promotionem ad Episcopatum, ne vacent priora sua beneficia, debere non solum dispensationem super retentione obtinere per nos. *Man. in praxi sing. vers. dispensatio super retentione, sed etiam literas expedire Tur. Decis. 327.* Itaque cessante dispensatione, vacabant priora beneficia, ipso jure, quod intellige post adeptam possessionem, seu hujus loco lapsam trimestris ad consecrationem dati, & ita probat *text. in d. cap. cum in cunctis §. 1. & ibi gloss. de elect. cap. si qui Episcopi 92. dist. Mand. ab hac reg. quest. 4. n. 6. ibi qui quidem stylus Caput sequens. Decis. 401. n. 4.* cum non ante vacent beneficia promoti d. c. *cum in cunctis §. cum verò ubi Cardin. & A. b. de elec. Oldrad. consil. 14. Flam. Paril. de resig. benef. lib. 3. q. 1. n. 78.* licet alii aliter volunt, videlicet ut statim vacent, statimque per Pontificem conferantur, quos retentiæ Anast. Germon. d. §. n. 21. quod ipsum etiam probat Granatius ad Simonetam *quest. 27. n. 6. Navar. consil. 14. de elect. quorum sanè opinio vera est in dignitatibus majoribus, ut Episcopatu &c. quippe cum adeptione secundæ, statim vacaret primæ, uti ex Josepho Mascardo *conclus. 183. supra notavi n. 28.* quod non procedit in permutatione Episcopatus, quo casu habent permittentes retentionem beneficiorum Anast. Germon. d. *tratt. §. 5. verò illa n. 36.* Secundo non procedit in Episcopatu titulari in partibus infidelium existenti: quia per illum non amittuntur alia beneficia, *A. hilles de Grassis Decis. 2. de electio. Granat. ad Simonetam d. quest. 27. n. 7. Garcias de ben. p. 11. c. 4. n. 24.* ubi scribit beneficia promotorum ad Episcopatus in partibus fidelium existentes, seu titulares non vacare, cum non possint assequi possessionem illorum, nec per illos iter quo minus assequantur *Staphil. de lit. gratia tit. de qual. & statu benef. §. hujusmodi n. 15.* quod & supra ostendimus n. 15. Sed quid si quis promotus sit cum retentione beneficiorum, & deinde moriatur in partibus, an beneficia illa censentur reservata, vel de iis solus Papa possit disponere? & esse reservata scribit Simonetam *tratt. de Resig. ben. quest. 27. num. 5.* quia cum ad certum tempus promotionis se non restringant, generaliter debent intelligi quocumque tempore vacatura.*

Est hæc quidem de beneficiis obtentis, sed quid in obtinendis? utpote beneficiorum simplicibus, & aliis quæ Episcopus electione, vel alias consequitur, an illorum sit capax Episcopus? pro affirmativa resolvit Navar. *consil. 15.* & ultimo in fine de electione, sed mihi illius opinio non placet: Si enim Episcopus per promotionem ejicitur à prioribus beneficiis, quæ ante promotionem obtinebat, curè multò minus admittitur ad alia de novo obtinenda in titulum sine dispensatione

K k

lautione

latione, quia turpius ejicitur, quam non admittitur hospes *cap. quemadmodum de
jurejur.* & multa prohibentur fieri, quae jam facta tenent, *leg. patre jorio ff. de
his qui sunt sui vel alieni juris, Staphil. de lit. grat. de. de septima forma, expell.* Quod tamen
intellige de eo, qui post promotionem & adeptam possessionem fructus recipit,
alias non, *per nos. Staphil. de tit. ad. Eccles. Cathed. ety.* Nam tubiliter collatio
beneficii facta electo in Episcopum ante confirmationem, seu adeptam posses-
sionem *Garcias dicto cap. 4. numero 47.* ubi etiam paulo ante videtur sequi dictam
Navarrī opinionem: sed cum hac limitatione, dummodo facta sit mentio Pa-
pae quod erat Episcopus, ex qua expressione inducebatur dispensatio *per nos. al.
quidam consulebant in si. ff. de rejud.*

ARGVMENTA IN REGVL. XXV.

INNOCENTII VIII. *Que est PAULI V. XXVI.*

1. Per solam signaturam & solo ejus ver-
bo gratia Papae est perfecta.
2. Multae falsitates committi possunt in
supplicationibus, quae non commit-
tuntur in bullis.
3. Supplicatio non est littera Apostoli-
ca quia non est bullata.
4. Haec Regula inventa est ut evitetur
falsitas.
5. Quae habet gratia Papae non dicitur
perfecta nisi redascatur in modum.
6. Ante expeditionem litterarum non
dicitur quis habere canonicum titu-
lum.
7. Haec Reg. habet locum etiam extra
Curiam & n. 33.
8. Differentia inter supplicationem &
commissionem.
9. Papa committens alicui per *placet* sig-
naturam supplicationum, censetur etiam
committere signaturam commis-
sionum.
10. Signatura per *placet*.
11. Cui jurisdictio concessa est, videntur
concessa ea sine quibus jurisdictio ex-
e. ceri nequit.
12. Rescriptum ad lites latissime debet
interpretari, quod limita ut ibi.
13. Ad solum Principem spectat declarare
legem seu dubium juris.
14. Quid si bulla discordat à supplica-
tione.
15. Commissio an sit signanda cum cha-
sula *prout de jure.*
16. Quando Papa semel manus apponit
inferior non potest se intromittere.
17. Papa si providit uni de una parochia
& committit in paribus per breve
suum inclusis supplicationibus quod
poneretur in possessione, an possit
provisio opponi hae reg.
18. Quando constat de voluntate Papae
non habet locum ista reg.
19. Si unus consentiat in Cancellaria
certa pensione, an teneatur illam sol-
vere literis expeditis.
20. Cautela ut pensio possit petitis sim-
plici signatura.
21. Bulla male formata libet a patre
petitionem corrigi & reformari.